



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Observantia S. Constitutionum Urbanarum, à  
Innocentio XII. Pontifice Maximo impensè præcepta Fr.Fr.  
Minoribus S. Francisci Coventualibus Provinciæ  
Coloniensis: ac munita clementissima ...**

**Wissingh, Anton**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Protectio Eminentissimi, ac Reverendissimi Principis, ac Domini D. Leandri  
Colloredi, S. R. E. Cardinalis Amplissimi, Protectoris nostri Clementissimi ,  
&c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49637](#)

*Rescripta Protectionis*  
 mus, datas ex Arce nostra Geybacensi, vigesimâ  
 mensis Novembris, Anni millesimi sexcentesi-  
 mi nonagesimi noni.

LOTHARIUS FRANCISCUS

A. M. E. m. p.

(L. S.)



NB. Præmissis his *Magnatum clementissi-  
 mis Rescriptis* sub prælo typographico sudanti-  
 bus, Româ de secunda Januarii incipientis hujus  
*Anni Sancti millesimi septingentesimi*, advene-  
 runt hic Colonia hac 19. Januarii, 1700. Literæ  
 Ministro Provinciali Antonio Wissingh in-  
 scriptæ, in quibus intentioni pia, ac Operi sancto  
 readpromittitur *Clementissima*

## PROTECTIO

Eminentissimi, ac Reverendissimi Principis,  
 ac Domini

D. LEANDRI COLLOREDI,  
 S.R. E. Cardinalis Amplissimi, Protectoris  
 nostri Clementissimi, &c.  
 hisce formalibus.

Adm.

Adm. Reverende Pater.

**A**Dvenerunt tandem libri, quos P. T.  
Venetias submiserat. -- Reliqua exem-  
plaria Emirientissimis D. D. Cardinali-  
bus, ac piis, sanctæque observantiæ amantibus  
Viris offeram; ut divitias Sanctæ Communi-  
tatis agnoscant, illamque pro viribus tuean-  
tur. -- Agam tamen prius cum Summo PON-  
TIFICE M. ( si Deus dignabitur, quemad-  
modum confidimus, priustinæ illum sanitati re-  
stituere ) ut sua auctoritate fulcire non desinat  
redivivam hanc observantiam, quam sedulitas  
tua feliciter incepit, ac Deo dante, felicius pro-  
movebit. -- A Deo, à quo omne datum op-  
timum, & omne donum perfectum, precibus  
implorandum. Sospitem te interim Deus  
hoc ineunte anno conservet. -- Vale. Romæ  
2. Januarii, 1700.

Adm. Reverenda Paternit. T.

Amantiss. ac addicissimus

L. Cardinals Colloredus.

E 3

De-